



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Liber X^{IIII}.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

M. X.
enim
d' éduca-
e? Vnde
n tempore
i ceterum
ntire de
ultatari
I. MANTONII MVRETI
I. C. AC CIVIS R.

VARIARVM LECITIONVM

LIBER X. I.

Duo grauiſſimorum scriptorum loci, quorum in utro-
que eadem macula hæserat, emendati.

CAPVT I.

EREOR interdum, ne sint quibus
hoc totum scriptionis genus leue ac
contemnendum esse videatur, quod
ad maculas è veterum libris cluen-
das refertur. Ut enim vera sint quæ
scribimus: ferè tamen, simulatque
quis vnam aut alteram litteram vocem in libro suo
aut mutauerit, aut deleuerit, aut addiderit, ita singula
librorum capita concerpat licet: vt quorum
vnlus præterea ullus esse alius possit. Sed tamen si
quis secum reputet, primùm, quanta utilitas ex ve-
terum scriptorum lectione capiatur, deinde, quan-
tam difficultatem depravata scriptura illorum studio-
s exhibere soleat, magnam gratiam habendam esse
indicabit iis, qui suo labore laborem aliis minuant:
& in quibus ipsi fortassis aliquando hæsitarunt, in eis
nealij quoque hæsident, elaborant. Quia spe fretus,
subsecuens horis, eorum librorum, quibus olim usus
fuit, horas inspicio, & si quid in eis notatum video,
quod usui etiam aliis esse posse arbitrer, colligo: atque
in hac qualiacumque concinno: vt, si minus ipse de
meo excudere possum digna quæ legantur; at certè
Z 5 aliquid

Muret
Lectio

III
25

25

A N-

aliquid efficiam, quo iij qui lectione digna scriptunt, facilius intelligantur. Nunc igitur duos locos indicabo, quorum in utroq. *siāvoia* legitur, cum vobisque *āvoia* legi debeat: idque eo libentius facit quod in utroq. & eruditissimi interpretes lapi fuisse neque id isti animaduerterunt, qui, quasi ipsi usquam offendant, exultant in aliorum erratis, capimico orationis genere tam cupidè persequentes. Eorum prior est apud Thucydidem lib. sexto, in catione qua Alcibiades aduersus Niciam de missione in Siciliam copiis differit. Cum enim prior cum argisset Nicias, quod maiores sumptus quam pro re liberet: respondet delicatus ac sumptuosus adolescentis sumptus illos ad ostentandam externis hominibus ciuitatis magnitudinem ac potentiam pertinere: neque illam imprudentiam inutile esse (ita enim *πλούτον* vocat) cum quis sumptibus suis non sibi contum prodest, sed etiam ciuitati. Verba eius haec sunt: *χρήσις οὐδὲν αὐτοις οὐδὲν αὐτοις, οὐδὲν τοῖς ιδίοις τέλεσι μὴ ξένοις πολοις οὐθελλῆ*. Ita enim legendum est: non ut omnes perulgati libri habent, *siāvoia*, vel scholiis Græcis intelligi poterat, in quibus ita notatum est: *εἰρηνεῖται ὁ Αλκιβιάδης, λέγων οὖτις, εἰ καὶ οὐδενὶ πονοῦ, οὐλλαχθεῖται οὐδὲν τῷ πόλει εἴκαχρησίς μου εἰσὶν οὐδὲν, οὐλλαχθεῖται οὐθελμός*. Idem que plane confirmat, quod in eadem oratione haud ita multo post legitur: *καὶ εἴκαντες καὶ αὐτοις φύσις συνοδεῖ τὸν τινας ποτίσσων διώσαντας τε φρέπουσσιν αἵματος, καὶ έργη τινας εργάζονται, ἔπειτα*. Alter locus est in libello, qui Plautchi quidem non videtur, sed inter ipsius opuscula item legitur, De liberis educandis: ubi grauiter percare ostendit eos, qui parvulos quidem liberos sed magistris ac pædagogis habent; sed puberes iam sa-

VAR. LEGI. LTB. XIII. 33
et, suo more ac modo viuere patiuntur: ait enim,
non animaduertere, se in eo imprudentiae ac te-
mentitati licentiam ad faciendas iniurias dare. Atque
hoc exponit his verbis, οὐδὲ οἱ μὴ τὸν λίκιον ταύτης ἐργάσα-
ντες πλευράνειν τὴν ἀνοίξαντες ἐξοικαστὶ τὰς αἰ-
σθητὰς, λαζαρέας. Sed hic quoque τὴν διανοίαν perperam
iugulis libris legitur.

Illustrati loci duo ex Aeneide. C A P. II.

N H I L temerè aut inconsideratè à Virgilio dici-
tur: omnia propriis & accōmodatis ad id quod
vocibus exprimuntur: & , vbi minimè putas,
quid plerumque reconditæ eruditionis latet. Ut in
versibus è sexto Æneidos:

Sed non ante datur telluris operta fibire.

Ante omnes quām quis decerpserit arbore fetus.

... quod sciā, veterum, ac ne Fuluius quidem
Guellius notarunt, cur *operta telluris* dixerit. Bo-
dam eam & Tellurem eadem esse, vel ex Macrobio
fuit. Vbi autem Bonæ dæ fiebat, opertum voca-
tum, quo viris ingredi nefas erat. Cicero primo Epi-
torm ad Atticum: *Quasi in operto dicas fuisse.* Et in
paradoxis: *Vt, si in opertum Bonæ dæ accessisses, exulares.*
enimtum constat, cur *telluris operta* dixerit. Sed & in
eis quinque versibus:

*Statu procul in prora pateram tenet, extaq; salbos
Porrit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
veterem esse illam porriendi exta in mare cōsue-
tudinem notarunt: ita vellem, aliquid de fundendi
in consuetudine notassent. Poterant autem ē Thu-
erdidis libro sexto: vbi Nicias, Lamachus, & Alcibia-
des soluentes ē Piræo aureis & argenteis pateris vi-
num in mare fudisse dicuntur. Verba scriptoris om-
nium*

Mitreti
Lectio

nium grauissimi hæc sunt: οὐ γάρ πέπει τε κακόντων
ἀπαγγέλλει τὸ σπάτευμα, ἀλλὰ εἰς πάντας χρυσούς τε γάρ αργυρούς
δημόσιαν καὶ οἱ ἀρχεῖντες μετένθυτες. Quod & à Dicente
librō tertio decimo bibliothecæ, in eiusdem litteris
explicatione memoriat proditum est.

Emendati loci aliquot è tertio libro Ciceronii De
officiis. CAP. III.

CICERONIS è lib. tertio De officiis verba sunt.
Tollendum est igitur ex rebus cōtrahendis omne me-
daciūm. non licitatem venditor, nec qui contra se liceat
emptor apponet. Vt ergo, si ad loquendū venerit, non
quām semel loquetur. Quibus in verbis memini ab eis
ditis hominibus dubitatum esse, cur diceretur emptor
neminem, qui contra se liceret, appositurus. Ceteri
enim solent interdum venditores in auctionibus licen-
tatem aliquem apponere, qui se emere velle simu-
let: & pluris licatur ea quæ venum exposita sunt
quām quanti sunt: vt eo modo ceteri emptores inde-
cantur. Atque hoc sēpē scripsi vidimus. Emptor autem
cur, quās loquitur, quemquam, qui contra te liceatur, appo-
nat? Id enim si faciat, obstabit sibi: neque hoc dubium
est, quin qui emere aliquid vult, illud potius opere
debeat, vt nemo, qui contra liceri velit, repentinus
Quare si qui contra se liceatur apponat, non sibi con-
sulet, sed venditori. Quid igitur est? Multa ab aliis
magistris allata sunt, quæ qui accurate resellent
velit, ridiculus locuta sunt ridicula ipsa & levia. Pec-
catum hic est, vt & in aliis librī sēpē, & in Pandectis
Florentinis sēpissimè, vt semel tantum posita in
littera, quas geminari oportebat. Legendum enim est
qui contra se liceatur, id est, qui contra alle liceantur.
Enim venditor dolosè apponit, qui pluris liceantur.

imperior qui minoris: ut sibi facilius res addicatur. Allem autem pro minimo pretio Veteres sape dicebant: eōq. nomine in rebus extenuandis & abiiciendis vabantur. Socrates apud Varronem: *Asse vinum, et pulmentarium.* Cato: *Quod non opus est, asse carum* est in ludicro poēmate: *Non assis faciunt, euntq. rcia.* Caillus: *Omnis unius estimemus assis.* Horatius: *In trivium sum qui se demittit ob assem.* Persius: *Et centum Graeciarum certo centusse licetur. Asse igitur licerit, et premium rei emunare & abiicere;* quod qui faciat, si imperior apponat, improbè eum facturum Cicero putat. In eodem libro quod vulgo ita legitur: *ut omnes simul in rotunda post meridiem descenderent.* vetus liber meus habet, *descenderent.* Rectè omnino. Neque enim descendere in rotunda dicebant, sed ascendere. *Escenderunt autem veteres* a lunga & *ascendere* idem est: *ut alibi docui.* In eodem libro ita legitur etiam in iis libris, qui ut hiantes inducantur emptores, cum totis plaustris librorū *veterum collati esse dicuntur:* *Nunc vero ad vulgi opinionem, qua maior utilitas quam regnandi esse possit?* nihil contrā iniuriam ei qui id iniustè consecutus sit, inuenio, cùm ad veritatem capi reuocare rationem. legendum autem hoc modo: *Non habeo ad vulgi opinionem, que maior utilitas, quam regnandi esse possit.* nihil contrā inutilius ei qui id iniustè consecutus sit, inuenio, cùm ad veritatem corpori reuocare rationem. Sed ut pisces sale, ita correctores isti correctore indigent. Quid autē est, quod in versu Enni, qui eodem in libro citatur, *fides alma, apta pinnis* dicitur? Plerisque simulaeris Deorum, ut Victoriae, ut Fame, affingebant alas: ut Deos ubique præsto esse indicaret. *Apta autem pinnis* est *περιστέλλειν.* Appuleius apologia prima: *Si verba, ita ut poēta aiunt, pinnis apta vulnerant.* Expressit autem illud Homericum, *ἐπειρ-*

Mecreti Lectio III

III
S

Mæcœvra. Attij autem versus eodem in libro iungendus est:

*Neque do infideli cuiquam, neque dedi fidem,
ut sit senarius.*

Addam & alia, quæ cùm addidero, sic quoque supererunt: ita diligenter præstāt isti quæ pollicentur. Vbi ergo de Epicureis ita scriptum est, *Dicunt enim in luptatis magnitudinem doloris detractione fieri: non pro legendum est, sed finiri.* Hoc enim dicebant Epicurei, vbi dolor delictus esset, finiri ac terminari, & quod verbo ipsi vtebantur, *øpiç eðz* voluptatem: neq; crederetur amplius, sed variati tantum, id est, *mūlti à dñi. Se* & paulo post, vbi vulgo legitur: *Nec rēdū finitōrum & malorū qui simplex esse debet, ex dissimiliori remisceri & temperari potest.* ibi ergo, si quis attente re ipsam considerauerit, animaduertet duas illas voces & malorum ab hominibus fortasse minimè malis, certè non satis intelligentibus, additas esse.

Plinij locus emendatus. Cap. IIII.

Risi nuper Plinium legens, cùm in ea, quæ de bonaso refert, incidissem. Hæc enim ipsa verba sunt: *Tradunt in Polonia feram que bonasus vocatur, equina iuba, cetera tauri similem, cornibus ita in se flexis, ut non sint viilia pugnae, quapropter fuga sibi auxiliari, reddentem & simum interdum trium iugera longe, cuius contactus sequentes, ut ignis aliquis, ambulet.* Sed nè enim mirificum siphonem illius bestie esse opereret, quo illa suum illud causticum stercus ad cæpissim, tot enim efficiunt tria iugera, iacularetur. Quæ autem ballista aut quæ catapulta cum illi ignivis, fistula cōparari posset? Sed modeſtius Aristoteles, quæ id ipsum referēs, ait bonasum iacere stercoreum illud incen-

hendium iis tētlaegys ἐσγυὰς ἀφ' ιαυτῶν, id est, ad quatuor passus. Quare aut fœdè errauit Plinius, aut quod venus puto, peccatum est à librariis: & ubi legitus ^{111.} orgium, legendum est ^{111.} orgyarum. Quod autem orgiae nomen in Latinè loquentiū consuetudine non est, eam erroris caußam fuisse librariis arbitror.

Planii loci aliquot illustrati. CAP. V.

EPICHARMVM tradidit Aristophanes, & post Eum Demetrius in commentario. *τοις ἐρμηνείαις,* filius captandi caussa, interdū sententias quasdam ira conformasse, vt è contrariis constare viderentur, cùm tamen in eis bis idem diceretur: quatum exemplum hoc uterque ponit: *Τόχη μὲν τὰ ποιῶντος εἴη τὸ λύτρον, τόχη δὲ τὸν κέντρον εἴηντος εἴηντος.* Ita enim legendū est, ut trochaici metratio cōstet, quo gaudebat Epicharmus. Risum autem commouet illa stultitiae imitatio, *καὶ περιπολεῖσθαι:* cùm auditor qui aliquid aliud expectabat, sua felsepe delusum videt, quo in genere facetissimum est illud Ciceronis ad Atticum: *Noli putare, pigritia facere me, quod non mea manus scribam; sed me hercule pigritia: nihil enim habeo aliud quod dicam: & tamen in tuis quoq; syllabis Alexin videor agnoscere.* Plautus autem, quem dicit Horatius *ad exemplar Siculi properare Epicharmi,* de frequenter ita ludit: & interdum sine illa simulata contentione contrariorum, ridiculi caussa eiusmodi emittantiones ponit, in quibus, vt dialecticorum more loquar, idem sit *τὸ ραπτηρέμενον τὸ λατρεύειν,* idq; non unquam paulo aliis, non numquam etiam planè illud verbis. Sic ille in Curculione leno:

Quoi homini di sunt p̄spity:
species dum dicat, ei omnia succedunt sub manu: aut aliquid eiusmodi. at ille,
ei, inquit,

Micreti
Lectio

III
E S

ei, inquit, non esse iratos puto.

quod tale est, ac se quis diceret, *Vinum quod album nigrum non esse arbitror.* Itaque ridiculè quidam illi acutus esse voluit, & argumentari cum, à contraria dixit. Simile illud è Sticho:

quanta mea sapientia est,

E malis multis malum quod minimum est, id minimum est malum.

Talia erant illi quæ ridentur in Stoicis: *Si dies est, dies est. Est autem dies. Est igitur dies.* Cui enim dubium esse potest, quin quod malum minimum est, id est minimum malum? Sed sunt quidam μαρτυροῦ, qui hæc perinde accipiunt, ac si scripsi dicerentur. Simile illud è principio Captiuorum:

Hos quos videtis stare hic captiuos duos,

Illi qui stant, hi stant ambo, non sedent.

Hoc enim dicit, eos captiuos qui illic stant in confiteo omnium, eos igitur stare, non sedere. neque dicendum est, Hos duos captiuos, pro horum captiuorum duorum, vt quidam putat: sed talis verborum constructio est, qualis illa,

Vrbem quam statuo, vestra est: & illa,

Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?

& in Amphitruone,

Naucratem quem conuenire volui, in naui non erat. Deinde, quasi ies dubia sit, aut testibus egeat, itidem risus caussa,

Vos vos, inquit, mihi testes estis, me verum loqui.

Vbi, *Vos vos*, valer vos meti ipsi: quomodo memet dicimus me ipsum, & tene, te ipsum. Hæc omnia pretensissem, vt per se vel pueris nota, nisi illos fuisse & quorundam opinione Lynceos nihil in eis vidi.

vidisse.

Dabid

Dubitatum de iis que tradit Gellius super vi musico-
rum cantuum in morbis quibusdam sanandis.

CAP V T VI.

APYD Gellium cap. xij. libri quarti hæc legun-
tur: Creditū hoc à plerisque est, & memoria manda-
tum, ischiaci cùm maximè doleant, tum si modulis leñibus
tibiciniis incinat minui dolores. Ego nuperrimè in libro Theo-
phrasti scriptum inueni, viperarum morsibus tibicinem sci: è
modulatèq; adhibitum mederi. Hæc Gelli: quæ vereor,
ne ab eo latiss fideliter relata sint. Certè q; idem Theo-
phrastus non lenibus modulis leuari ischiacos scripsit
sed harmonia Phrygia, quæ omniū vehementissi-
ma est, & aptissima ad animos audientiū diuino quo-
dum furore incitādos. Ideoq; eam adhibebat in orgiis
Bacchī & Berecynthiæ. & hoc est quod ait Catullus:
Tibiken ubi canit Phryx curvo graue calamo.

Et proptere ait Aristoteles tibiam adhibendam
efficiens in Thessalia καθαρον μᾶλλον διuia. ἢ μέθησον. quod
non animaduerterunt, qui eum Aristotelis locum in-
terpretati sunt. Verum autem esse quod dixi de Theo-
phrasto, constat ex his quæ sunt apud Athenæum li-
xiiij. ὅπερ ἡ νόσος λαται μουσικὴ Θεόφραστος isòpnocev è
τοῖς οἰδησσοτάσσων, οἱ γανῆς φάσκων ἀρσενικῶν διατελεῖν, εἰ γα-
μούσιος τὸ τόπον τὴν θεραπείαν ἀρπαζοντα. Sed & quod stan-
dum subiicit de morsu viperarum, vereor ne non de
viperis scripsit Theophrastus, sed de iis phalangiis,
quæ hodie vulgo Tarantole vocantur, quarū morsus
in Rōmā, quod sciam, innoxius, in Appulia si negli-
gitur, lethalis est: neque aliud mali usitatus aut ex-
tratus remedium, quam in citharcēdis & tibicini-
is quibus auditis, velut è graui somno excitatus, qui
morsus est, attonitus & extra se positus saltare ac tri-
polite incipit; neque unquam desinit, dum ne illi

a

quidem

Micrerie
Lectio

quidem intermitant, donec delaſatus, ac ſoluens, propè exanimis concidat. Hoc quidem & certissimum ac notissimum eſt, & à preſtantii medie Matthiolo litteris prodiſum. Apud Gellium autem eodem loco vbi legitur *πεὶ λοιμῶν λογιστῶν*, non *λοιμῶν*, legi debeat.

Quid ſignificet vox περπερδεῖς?

CAPUT VII.

VERBVM περπερδεῖς, quo utitur M. Tullius epiftola quadam libri primi ad Atticum: verius ſunt: *Ego autem ipſe dixi boni, quomodo εὐτρέπαυλον nouo audito; i Pompeio?*) quoque uſus eſt & Paulus Apoftolus in priore epiftola ad Corinthios, εἰς Ιnquiens, & περπερδεῖς, raro admodum in ſcriptibus Gracis legitur: ideoque variè & à Grammaticis & ab aliis exponitur. Eſt autem iactare & ostentare & inanis gloriola fructum ex re aliqua occupari. Id dicit ex illo ἀγρό magno Basilio, cuius hæc ſunt ἔργα τοῖς. Πάντοι μὲν διὰ χείρας, οὐδὲ διὰ γελωποῦς ἔργα, περπερέας ζητηθοῖς. Neque uſquam meliore vocis interpretatio reperiri potest.

Loci aliquot ex epiftolis ad Atticum emendati.

CAPUT VIII.

EMENDABO, aut ſaltē emendare conabamur. Iisdem epiftolis alia. Libro igitur ſecundo ita legitur: *Cura, amabo te, Ciceronem nostrum. et me videmur.* vbi quem, quæſo, idoneam ſententiam eſtere potest illud deſio, ſive patruos, ſive diuinos intendere? Sed nō libet περπερδεῖς. In libro ſatis vetere, pime donauit vir multis nominibus illuſtriffimus G. lielmuſ Sirleſus Cardinalis, ita ſcripuit: *Cura, amabo te Ciceronem nostrum CINOS CUN OCTIN*.

Ex quibus depravatae veteris scripturæ vestigijs
omnino legendum: Cura amabo te Ciceronem nostrum:
videmur. Ægrotabat apud Atticum Q.
Cicero Q.F. Eum igitur patruus auunculo diligenter
mennedat: & quo magis declaret suam erga illum
voluntatem, ait, se sibi videri vñâ cum eo ægrotare. In
easam epistola quæ statim sequitur, vbi vulgati libri
habent, SED ME KATAKPI CIC MEAILLA
COMMOVET, in meo est: sed me pecis mea illa com-
mouet, ut suspicer pro κατάκρισι legendū ēst. Ita enim
nomine vños scio. Illud autem miror in
codem libro à nemine emendatum esse, Sub ito cum mib.
dixit: Cecilius questor puerū se Romā mittere, hac scripsit
quod. Non enim subito legendum: sed s. v. b. quo
compendio significabant, si vales benefic. &
iam pridem emendarat Riuins codem modo cor-
rupsum locum nono earundem Epistolatum.

E libro quarto earundem Epistolarum emendata


alia.

CAP. IX.

VPPVDET me interdum quadam referre in lit-
teras, verentem ne nimis obvia & protuta sint: sed
cum in eis animaduerto errasse eos qui quasi columi-
aque dam litterarum habentur; venio in speiñ, fore,
stea, quamvis lenia & pusilla sunt, aliquos tamen
concentant amatores. In epistola quadam libri quarti
Atticum ita scriptum est in libris Manutianis: Sed
qui nihil possunt, iij me nolunt accare: demus ope-
rari ut ab iis qui possunt diligamus: Dices, vellem iam pri-
mam scio te voluisse & me ast nugigeram manum fuisse. sed
nihil, ast nugigeram manum, quid tandem monstri
Manutius ingenuè fatetur, locum sibi depositum
desperatum videri. Malaspina, sanè fidenter,

a 2.

masti-



magistrum germanum legit: & est qui occinat, nihil ha-
conjectura diuinus. Eò enim iam stultitia venuit,
vt scis non sit in his quisquiliis laudandis dicere, ple-
ganter, acutè, ingeniosè, &c. dicendum, nihil duc-
nius: ne frigidè laudasse videaris. In libro Victorij
scire voluisse, & me. Ast num germanum fuisse? Man-
tius in quodam se legisse ait: Ast num germanum fu-
set, meus habet, Ast num germanum fuisse. Mutata
litteram vt si, & me asinum germanum fuisse: vix
omne sustuleris. Hoc enim dicit, se merum asinum
fuisse, qui bene monenti Attico non obtemperauit.
Erat autem illa iocularis contumelia. Terentius
status esset, flagellum tenere te asinum tamum. idem, Quo-
tu asine huic auscultas? in eodem autem libro, in epistles
la cuius principium est, Epistola tua. in extremo
lego: Quid supereft? etiam. Pueram Ciceronem cur dia-
nos amabis vt facis.

Item alia ex eodem libro.

CAPUT X.

QVANDO quartus Epistolarum ad Atticum
in manibus: vnum etiam locum ex eo emen-
do, qui in omnibus editis libris mirabiliter depre-
tus est. Legitur autem in libris quidem, Victorij
ad finem eius epistolæ, cuius principium est, Occa-
tionum mearū: at in aliis, in epistola, O expectata. Vnde
igitur ita scriptum reperias: Quid aliud noui? & tam
absoluto Gabinio stomachantes alij judices, hora pœnae, in
tiochum Gabinum nescio quem, accensum Gabinij, foli-
pectoribus libertum, lege Papia condemnarunt. Itaque
statim reus lege maiestatis, ** or coimpicata
ΦΙΗΙ. Ego autem ita emendo: Quid aliud noui? &
tamen. Absoluto Gabinio, stomachantes alij judices, & que-
sequuntur.

equuntur, deinde Græca illa hoc modo: οὗτοῦ τοῦ με
ποικαφίης. Hoc autem dicit, Libertus ille
Gabinij, cūm patronū suum tam turpiter absolutum
videret, se quoque sperabat absoluī iri, etiam si nulla
mercede iudices corrupisset. At ubi se præter spem, le-
ge Papia condemnatum vidit: reus factus lege mai-
stis, intellexit iudices eadem via sibi expugnandos,
qua Philippus Maceo omnia castella expugnari
posse dicebat. itaque cœpit eos circumire, & illa meis
cantilenam occentare, & σὺ μὲν αρχὺς ἀσθενεῖς. qua signifi-
cabit, qui se absoluīset, gratis id facturum non esse.
Supicor autem fuisse hemistichium veteris alicui
poëta; cuius eadem esset sententia cum illo Homeri-
co, Ζωγει Αρέτης, τὸ δὲ ζεύς αὐτονόμος.

E libro quinto earundem emendat quadam.

CAPUT XI.

PER SE QUVAR & alia ex iisdē Epistolis. dignissi-
mæ enim sunt ad quas per purgandas omnia ab
omnibus conferantur. Quod igitur est in epistola se-
unda libri quinti in Manutianis, cūm me ē Panſe vil-
lā nūquid vellem, rogaſſer: certo certius est exturban-
dum hinc esse Panſam. Victoriani & veteres habent,
cūm me expensē ſua villa. Vnius litterulae mutatione lo-
cus integer fieri: ut sit cūm me exiens ē ſua villa. Epistola
duodecima ubi vulgo ineptissimè legitur: Itaque erat
in animo, nihil festinare, nec me Delo mouere, niſi omnia
expansior tura vidiffem. ē depravati veteris scripturæ
vestigis, quæ hac sunt, AKRATH KIVPAREX eis
igitur legendum puto, ἀνεγνῶντες θεα. Hoc enim dicit
non esse ſibi conſilium nauigare, niſi Serena & tran-
quilla, ac ſecunda omnia viderit. In illa quæ ſequitur,
mirum est, homines eruditos, Manutium, Corradum,

alios,

Muret
Lectio

III
E S

374 M. ANTONII MURETI
alios, tam nihil vidisse, ut cum paulum modum
scriptura abesset a recto, ipsi tam longe deflexerint.
ter libri; Verum tamen Decumanus ventissim cum imperio.
At illi, Verum tamen cum ciuiis Romanus venissim cum imperio.
Erat autem rectum, Verum tamen decumanus
venissim cum imperio. Ne intellexerit quidem id con-
statim sequitur. Ex quo te intelligere cerio scio, multorum
annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse ad-
das. Quorum verborum sententia haec est: Et collera-
rat se Cicero semper amicissimum ordinis publicani
cum: & semper item seruire instituerat prouincialium
commodis. Nunc cum inter decumanos & prouinciales
malè conueniret: periculum erat, quicquid im-
eos decreuisset in prouincia sua, ne in alteroru[m] offi-
cionem incurseret. Ait igitur, se vñrum ea palam
quam ab Attico didicerat. Multa sciens pratermissa
neque enim omnia hue congerere decrevi. In episo-
la, Quare vellem, ita legitur: Stamus animis: & quia co-
filii, vt videmur, bonis viimur, speramus etiam manu: in
consedimus, copioso à frumento, Ciliciam propè cōspicere
expeditio ad mutandum locum, Sed neque illud spera-
manu, recte dici arbitror: & illa tam multa epithet
tuto, copioso à frumento, conspiciente Ciliciam, expedi-
cum quo cohærent, non habent. Quid, quod illi ip-
qui ita legunt, fatentur, se hoc excogitasse, cum in an-
tiquis libris extaret aliud: Illi enim habent: Stamus an-
mis: & quia consiliis, vt videmur, bonis viimur, speramus
etiam arno tuto consedimus copioso à frumento. Vbi si nu-
nima mutatione facta legas, speramus; & iam arno tan-
consedimus: recte, vt mea quidem opinio est, legamus.
Sic locutus est & poëta.

Nec venit in mentem, quorum consederis arni?
Taurum autem montem, ubi tunc erat Cicero, ma-
gnus

parte aruum esse, notissimum est vel è Tibullo,
aut illud est,

Quantus & intonos Taurus alat Cilicas.

Evidens locus è secundo Politicorum Aristotelis.

CAPUT XII.

NOTA est lex Pittaci, qua cauerat, ut, qui ebrij
peccasset, iis non modò pœna non imminuer-
tur, sed duplaretur. Meminit eius Aristoteles tertio
Ethicorum, secundo Rheticorum, & secundo Politi-
corum. Nisi quod in politicis dicere videtur, id tan-
tum constitutum in eos qui ebrij aliquem pulsasse-
nt auverberassent. Ita enim ait: Εγένετο δὲ καὶ πάτηται οὐ-
πόριος εὔπεπλος, ἀλλὰ δὲ πελατέας. νόμος δὲ ιδίως ἀντίστητος τοῖς
εὐπεπλοῖς ἀντίθετος, πλέον ζητούσας θεούς τοῦ νηφόντων.
Quid igitur, si in alio aliquo genere peccauerint? An
tum tantum crescat pœna, si quem percusserint? Et
venus est, idem in ceteris quoque peccatis constitu-
tum. Nam & in secundo Rheticorum, κατόλου di-
citur, maiores pœnas statuissent, εἰς τις μερίων ἀνατάσσον-
tute non dubito, quin locus ille è secundo Politico-
rum deprauatus sit, ut, vbi legitur ἀντίθετος, legen-
dum sit, εἰς πλειόνων. Neque hoc vlla confirmatione
egre arbitror.

Qui sunt versus ιστόνοι. Declaratum epigramma Græcum.
Item aliquot questiones ludicra, qua apud Gellium
proponantur, dissolutæ.

CAP. XIII.

NON equidem vñquam cuiquam auctor fuerim,
ut querat apud Homerum versus ιστόνος: si
quis tamen neque habet quod agat, & nihil agere non
posset, indicabo ei, qui versus dicantur ιστόνοι: quos
iugurtere postea volet, præstabo, non defore illi vbi
exerceat. Cum igitur litteræ Græcorum etiam ad

numeros significandos, ut notum est, adhibeantur quorum versuum omnes litteræ pro numeris acceptæ eundem numerum efficerent ac constituerent, eos versus ιστος φίλους vocabant. Eius rei exemplum ostendam in duobus nominibus: eademq. declarabo epigramma Græcum incerti auctoris è libro secundo anthologia; quod qui explicarit, neminem adhuc video contituisse. Primum igitur illud adscribam:

Δαμαγόραν λοιμὸν ιστοφίον πεπλέσας
Εἴσησθαι ποτέρων τὸν πρόπον ὅν κανόνος.

Ως τὸ μέρη θεοῦ κατεῖλκετ' αἰνελκυδὲν τὸ τάλαρον

Δαμαγόραν λοιμὸν δέ εὑρεν ἐλαφρότερον.

Iocatur quisquis est in flagitosum quendam, Damagoran nomine: cuius nomen cum pestis nomine ιστοφίον esse, quidam cùm audiisset, quasi in statera expendit ingenium pestis & ingenium Damagoræ: præponderasse autem eam lancem, in quem Damagora ingenium impositum erat: quod videlicet multo leuiora essent mala, quæ à peste, quam quæ à Damagora, importarentur. Sunt autem ιστοφία planè nomina Δαμαγόρας, & λοιμὸς, ut è subiecta descriptione perspicere potest:

Δ	4		λ	30
α	1		ο	70
μ	40		ι	10
α	1		μ	40
γ	3		ο	70
ο	70		ι	200
σ	100			
α	1			420.
σ	200			
				420.

420

Multum

ibet enim
s accepto
et eos va
ostendit
epigrana
do ambo
video.
, Damu
minic
atera ex
orapra
magori
nulio lo
amage
nomini
perspi
lulum
ibet enim
s accepto
et eos va
ostendit
epigrana
do ambo
video.
, Damu
minic
atera ex
orapra
magori
nulio lo
amage
nomini
perspi
lulum
Nilum igitur negotij habuit , aut potius multum ei
de sua onij superfuit , quicumqu^e ille fuit Gellij fa-
miliaris , qui conquerierat , quinam ita inter se affecti
versus apud Homerum forent . Quod autem præter-
notarat , quorum nominum in Homericō poēmate
reperiatur οὐετέχις : notat Eustathius , è primis lit-
tis quinque primorum versuum vltimi libri Ilia-
dos effici nomen οὐετέχη , vbi etiam tradit veteres eis-
modi quæstiunculis lusitare solitos esse , quales ali-
quæ ponit & explicat , leues illas quide & ludicas ,
sed tamen cognitu non iniucundas . Nam quod ibi-
dem amicus ille Gellianus quærerit , quis Homeri ver-
sus sit , qui per singula vocabula singulis syllabis in-
dicari: non dubito , quin illum significauerit è tertio
Iladios ,

Α μάρτυρος οὐετέχης δασιδάμενος.

Sed & illius quæstiuncula explicationem , qua ratione
dicit Homerus , singulas pecudes in Africa , in singu-
los annos terna pârere , reperiet , qui hoc tanti puta-
tur , apud Eustathium in quartum Odysseæ . Leuia
esse fateor : sed vt in eis quærendis defatigari
volui fuit , ita cùm se sponte offerunt , non om-
nino repudianda esse arbitror .

Emendatus locus è septimo Politicorum Aristotelis .

CAPVT X I I I .

CVI unquam vel fando auditum est , vel persua-
deri potest , eas domos éave cubicula quæ Aqui-
loni exposita sunt , esse ad hiemandum accommoda-
ta? Certe enim si ita est , magnam hominum partem
in magno errore versari necesse est , qui hiemi quidem
vix tepida p^ræoptant , & state autem aliososa . Notum
autem est , quæ ad Aquilonem obuersa sunt , omnium

a 5

frigi-

Interpretationes

III

5

frigidissima esse. Itaque Horatius villam suam mendans, *Est, inquit, ubi plus tepeant hieme? Ille vero in locis Aquilonatibus minimè tement.* Et Caelius Celsus ad salubritatem monet habitandum effectio lucido, perflatum aestiuum, hibernum Solem bene. Et hoc est quod Aristoteles ait in *Oeconomia*, *oportere domum apud Sydeas et Ioue et manu ab aliis, evanescere in non habendum.* Quomodo autem ad portiones exposita, hibernum Solem habitorum Mirari igitur non immerito possit aliquis, cut Antiphates lib. v i i. *Politiorum*, ut nunc quidem libri collocari solent: mihi enim dubium non est, quartus liber sit, qui vulgo numeratur septimus, cur in eo libro, quotuscumque tandem ille sit, obscuras ad Boreas habitationes, aptiores esse dicatae hiemandum. Nam cum omnium salubritatis dixisset eas quae excipiunt eos ventos, Qui ab Orienti flant, statim subiicit: *Se ut regor in natura bogatur, evanescere in non habendum.* At quomodo, si Aquilonem spectabunt futurae sunt evanescere? Tales autem, ut ex *Oeconomia* retulimus, hieme esse oportet: sed non dubito, quod ubi legitur *evanescere*, legendum sit *evanescere*: quod ex per me suspicatus essem, magis etiam confirmatum in sententia, cum veterem interpretationem eodem modo leguisse animaduerti. Vertit enim, *recentiorum.* Sunt autem *evanescere*, altiores & salubriores: quae esse, quae Aquilonem excipiunt. Siquis foret dubius audiat verba Varroonis in libro primo *De re rustica*. *Permagni interest, ubi sint posita villa, quanta sint, quae continent porticibus, ostiis ac fenestris.* An non ille Hippocrates medicus in magna pestilentia, non unum agrum sed multa oppida scientia seruavit? Sed quid ego lumen voco ad testimonium? Non hic Varro noster, cum

Corpus

Cavite esset exercitus ac classis, & omnes domus re-
tinebant agrotis ac funeribus, annullo fenestrarum
Aquilone, & obstructis pestilentibus, ianuæque
permutata, ceteraque eius generis diligentia, suos co-
munes ac familiam incolimes reduxit?

Himeræ mulieris de Dionysio tyranno somnium codicem
propè modo Græcè à Timæstia, quo Latine à Vale-
rio relatum.

Cap. x. v.

NON inutilem studiosis elegantioris doctrinæ na-
tuavit operam Sébastianus Corradus, qui breui-
oribus notis ad Valerij Maximi libros additis, aliorum
scriptorum locos, vnde ille singula sumpsisse videre-
tur aut certè in quibus eadem historia legeretur, indi-
cavit. Pauca autem quædam reliquit, quæ vnde sum-
psisse essent, peruestigare non potuerat: quale illud est
quod libro primo legitur de somnio Himerææ mu-
lieris, quo Dionysij tyrannis præsignificata est. Ego
etiam cum deprehenderim antiqui scriptoris Time-
stii locum è libro sexto Historiarum, quem propè ad
verbū interpretatas est Valerius, utriusque verba
proponenda duxi, vt conferri queant. Valerij igitur
hac sunt: Intra priuatum habitum Dionysio Syracusano
alio se continente, Himeræa quedam, non obscuræ generis
femina, inter quietem opinione sua cælum concendit: atque
deorum omnium lustratis sedibus animaduertit præ-
sentem virum, flavi coloris, lentiq[ue] in os ferreis cætenis
vistum, Iouis folio pedibusque subiectum: interrogatog-
rane, quo considerandi cæli duce fuerat vsa, quisnam es-
tis, audis illum Sicilia atque Italiae dirum esse fatum, so-
lameq[ue] vinculis, multis vrlibus exitio futurum quod som-
num postero die sermone vulgavit. Postquam deinde Dio-
nysian inimica Syracusarum libertati, capiulisque inson-
tium

Lectio
nem

tium infesta fortuna cœlesti custodi*i*: liberatum, relati
men aliquod, otio & tranquillitatis iniecit. Himeras non
nata, inter effusam ad officium & ad spectaculū eius rite
intrantem ut apparet, hunc esse quem in quiete videtur
ciferata est. Id cognitum tyranno caussam tollendam
lieux dedit. Timelias autem hoc modo: γωνία
τὸ οὐραῖον ἴδειν ὥσπερ αὐτοῦ εἰς τὸν νόμον
καὶ τῷ πνεύματι σχεδόν τελείων τὰς τῆς Στοᾶς οἰκίας
ἴδειν καὶ τὸν Δίκαντον ὅμερον δῆλον, οὐφέρειν τὸ
πιστὸν αὐτῶν πάντας μέγας ἀλύσει καὶ κλοιῷ. ἐρέσθη οὐκ τὸν
ρυταῖς πιστὸν εἶναι. αὐτὸν δὲ εἰπεῖν αἰλαστὸν δῆλον τῆς Στοᾶς
Ιταλίας καὶ εἰώρασθαι, τὰς χώρας φέρειν αἰαστὰς εἰς
τοὺς οὐραῖους καθαρισμοὺς Διονυσίῳ τοῖς πυράντα μεταβολοῖς
ἴδειν τὸν ἄνακριζειν, αἷς ὁ τόπος αἰλαστὸς δῆλον
άμα ταῦτα λέγουσαν, πεσεῖν εἰς τὸν δῆλον τὴν κλυδωνίαν
ἢ τείμηνον εἰς ἡπεῖλως τὴν γλωττάν, οὐδὲ διανο-
διαφορεῖσσαν λέθην. Putauit autem horum inter se
in amicenam neque inutilem collationem fore.

In Plauto & in Euripide notata quadam non satia
ex arte facta. CAP. XVI.

MVLT A admodum notaui in Plauto, in quod
puto illius œconomian meritò reprehēdi pos-
se, ni vetustatis auctoritas obstet. Quale est quo-
dā Captiuus, vix vnius horæ spatio Philocratem ex Lel-
lia euntem in Elidem, & rursus ex Elide, confectus
gotio, quod certi aliquid temporis postulabat, re-
deuntem in Aitoliam facit; vt non multo citius fer-
re foro domum se receperit, quam ille totum illud
iter confecerit. Itaque ridiculus est Hegio, com-
profecturo dicit,

Sequere me, viaticum ut dem hinc à Trapezita rabi-
Quid enim ante horā vnam redditurus viatico em-
N

Nifortè & seni ipsi, cùm in forum iret, viatico opus
fa. Sed si in peccatis magna exempla ad defensio-
nem valent, tueri se Plautus Euripidis exemplo po-
et, qui in Supplicibus tam citò redeuntem Thebis
Athenas nuntium facit, vt volasse, & ea quæ interea
ficta refert, vix tantulo temporis spatio somniare po-
sibile videatur. At in Amphitruone nimis certè sibi
Plautus licentia sumpsit, qui eadem illa nocte quam
templo longiore esse voluit Iuppiter in Hercule pro-
culendo occupatus, redeuntem è bello Amphitruo-
& eo ipso die qui illi nocti proximus illuxit, de-
cimo post mense Alcmenam parientem facit. Siquis
quid hodie tale faceret, exhibaretur: sed quadam an-
guinatatis maiestate fit, vt quæ in nostris reprehende-
tur, in veteribus admiretur.

Duerbium Plautinum è Rudente restitutum.

CAPUT XVII.

PRINCIPIVM Stichi Plautinæ iampride emen-
dauit: & meam in ea re sententiam secuti sunt,
qui postea Plautum ediderunt. Sed vellem, ipsi quoq.
versus distinguendos aliquid operæ contulissent.
Quod quando facere aut non potuerunt, aut nolu-
erunt, alia quoque eodem modo à me emendata, his
libris inseram: si fortè tam venustus poëta paulatim
plautinum nitorem reciperare possit. Nam vt nunc
quidem est, qui ei post Ioachimum admouerunt ma-
rios, magna professi, parua admodum præstiterunt.
Sed mihi quidem neque aliena abiicere animus est,
neque mea venditare tanti videtur. In Rudente, ad
ipsius finem actus primi, colloquium est aniculæ,
Veneris sacerdos erat, cù puellis eiusq[ue]s, ita con-
sulsum ac perturbatum, ut nullus propè versus integer
sit. Id

Murex
Lectio

382 M. ANTONII MURETI
fit. Id igitur proponam, ita ut legendum cetero
SACERDOS.

Qui sunt, qui pacem à patrōna expetunt me?
Nam vox precantum me excitauit huc foras.
Bonam deam sequuntur, obsequente inque hunc ge-
nūm

Multumq; benignam. PALASTRA. Manu-
s luere te iubemus.

S A. Saluete puer. Sed vos vnde cum vuida
Veste ire diuam, tam vestitus mestier?

P A. Haud longulè imus illicò hinc ex hoc loco,
Verum longè hinc abest, vnde hue vēcta sumus.

S A. Nempe e quō ligneo caraleas per vias
Vesta esis. P A. admodum. S A. Equus qd
vos erat.

Venire candidatas hostias usq; ad hoc
Ianum istiunc ad modum veniri non solet.

P A. Quāc ne ei. Et ē sumus ē mare nunc amba, obsecro,
Vnde hostias nos agere voluisti huc ibi?

Amplectimur tibi nunc genus, egentes opum,
Quā nescia spe in nesciis locis sumus,

Tecto recipias ut tuo seruēsque nos:
Vtique te miserarum ambaram misereat:

Quibus neque spes parata est illa, nec locutus
Neque quidquam est nobis amplius, quām hoc quod
vides.

S A. Manus mihi certe amba, à genib⁹ ex surgite.
Me seminarū nulla est misericordior.

Sed res puer. ha pauperes inopēsque sunt.
Ego iner vix vitam colo. Veneri cibo meo

Seruio. A m. Veneri sanuni, obsecro, hoc est? S
Sanè. Ego
Huius Sacerdos cluco. Verum, quicquid est,

Fient comiter à me omnia, quorum copia
Cluebit. ite bac mecum. P A. apicè nostrum habes
Honorem mater, ac benignè. S A. oportet.
Sunt autem terius & quartus versus iambie quadruplicati: postremus trimeter catalepticus: ceteri
omnes trimetri catalepti.

Nunquid capiuntur in bello ignavi propterea habendi
sunt. Illustratus Plautii è Captiuis locus.

CAPUT XVIII.

FORTIUM virorum videtur in præliis aut vince-
re aut mori: qui enim capiuntur, vix interdum ef-
fugiant ignaviae aut certè φιλοφυχίας notam: Atque
hoc significauit Philocrates Plautinus, qui cùm ex
Hegione audebat quem vincitus adseruabatur, audiisset,
ut vos hic, itidem illic apud vos meus adseruatur filius,
Captus est: inquit: deinde affirmante sene; Non ig-
natur, inquit, nos soli ignavi suimus. Sed tamen Lace-
demonius quidam ex iis qui ab Atheniensibus capti
fuerunt Pylo, urbande à se ignaviae notam amolitus di-
citur. Cùm enim Atheniensis quidam ei per ludum
dixisset, Ex vestris videlicet optimi: ac fortissimi
quique ceciderunt: Magni, inquit, faciendus esset fuisus. si
vros fortes dignoscere ac discernere ab ignavis posset. fu-
sum antem. Lacedæmoniorum more, vocabat sagiti-
tum: & significabat, non fortissimos quosq. mortuos
esset, sed eos, qui calu sagittis icti fuissent: ut qui ho-
rum potiti erant, non propterea minus fortes haben-
di essent, quam qui ceciderant. Eminus enim cum il-
lariati erant Athenenses. Ita hoc à grauissimo
scriptore Thucydide accepimus.

Nihil

M. T. Tulli
Lecture

111

2. 5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

Nihili esse verbum excolubrandi, quod quidam
pro Plautino obtrudere conatus est.

C A P . X I X .

SÆPE contingit, ut in magnis scriptoribus viri
steant, & quæ corrupta atque ȳπωλεῖ sint, integra
putentur: nonnumquam etiam, ut quæ recte &
corrupta sunt, hominibus non satis intelliguntur
corrupta videantur. Ut autem medicamenta ben-
valentibus, ita rectis & veris correctiones ac mo-
tiones nocent. Eius rei exemplum proferam è Susto
Plautina, vbi Dinacum è portu rediens, iniquo mo-
to fert, sibi à parasito Gelasimo molestiam exhibet.
Versus hi sunt:

G E. Ibo, atque hunc compellabo.

Saluos sis. D I. Et tu salue.

G E. Iam tu piscator factus?

D I. Quampridem non edisti?

G E. Vnde is? quid fers? quid festinas?

D I. Tua quod nihil refert, ne

Cures. G E. Quid istic inest?

D I. Quas tu vides colubras?

G E. Quid tam iracundus? D I. Si in te

Pudor aspit, non me appelles.

Illud igitur de colubris Ioachimus quò pertinet
non videens, hanc notam ad illum locum addiderat.
*Suspecta hæc scriptura mihi est. Ac si sciam, quid hoc va-
bi sit, suspicor sic fecisse poëtam, Quia tu id re excolubras.*
Hæc ille: frustrè quidem, sed modestè tamen, & alio-
qui homini eruditio, qui Plauti fabulis hoc tem-
po, fatendum enim est, saluti fuit, sicubi falsus sit, fa-
cilè condonari potest. Vetus est, non omnia vni deo-
dare. Secutus est alter multo confidentior, qui illam
tenuem & obscuram Ioachimi coniecuturam, nihil
dubitans,

dicitans, at ripuit pro vera: & contestatus, sic sine villa
lata esse in suis veteribus libris (habebat autem ple-
nus bonos & obsequentes libros) interpretatus
etiam nobis verbum *excolubrandi*: ut sit excolubra-
ndio quidem auctore, curiosè, & oculis eminētibus,
quales sunt oculi colubrorum, & ceruicibus inflexis,
& oculis extantibus exquirere. Verbosa sanè declara-
tiō, sed, cui si crediturus sim, locupletiorem eius au-
thorem requiro. Atque ut sine fuso & fallaciis agam,
conditatem illam non tam reputatione, quam ri-
fugiam puto. Insanum enim dicit esse parasitum
poterit, & à furiis atque intemperiis agitari: ideoque ex-
 eo querit, quas colubras videat: quod furiæ non te-
dismodò ardentibus, sed colubris quoque ac serpen-
tibus insectari eos quos agitabant, putabantur. Et in-
debet illud è vetere tragœdia,

*Quare excolubrandi verbum, qui pepererent, sibi
subeant licet.*

Tas evuatoris nō spaxortōdēs nō egs.

*Quare excolubrandi verbum, qui pepererent, sibi
subeant licet.*

Detectum Ciceronis erratum in quinto De finibus.

C A P. X X.

MAGNORVM virorum errores qui notāt, dum
modestè & sine scurrilitate faciant, publicè
prodesse arbitror. Nam neque quidquam propterea
de illorum existimatione detrahitur: & ceteri, vt cau-
storiæ ac considerationes in scribendo sint admonen-
tū: & siquid cui, vt sunt humana, tale contigerit, ha-
bet exempla quibus aut excusare se aut solari queat.
Prigitur animo indicare hoc loco institui insignem
Ciceronis negligentiam, quam à nemine usq; adhuc
notata esse demiror. Quinque sunt, vt notum est, il-
lius

b

lius

386 M. ANT. MVR. VAR. LEC. LIB. XIII.
lius libri De finibus, quibus explicatae & excusatæ
terum philosophorum, sed præcipue Epicuri, Sto-
rum, & Peripateticorum, de summo bono sententia
continentur. Et prima quidem disputatio, qua Epicu-
ri sententia examinatur, habita fingeatur in Cane
Ciceronis, cum eò L. Torquatus & C. Triarius
tandi Ciceronis causa venissent: neq; quisquam
terea aliis interesset. Secunda autem in Tusculari
culli, inter Ciceronem ipsum & M. Catonem, cum
illi in Luculli bibliothecam sine arbitris abdidi-
l. At tercia Atticenis in Academia, cum ibi vna effe-
l. Q. & L. Cicerones, & Atticus, & is, cui disputati-
tes tribuuntur, M. Piso. Certè igitur aperte collatae
illas disputationes & locis, & temporibus, & periculis
esse distinctas. Et tamen, perinde ac si vnu & idem
ijsdem superstibus presentibus, ut in formulâ dis-
bant, & aduersus Epicurum, & aduersus Stoicos
sputasset: ita Piso loquens inducitur: Quoniam ergo
& de Voluptate cum Torquato, & de honestate, in qua
omne bonum ponetur, cum Catone est disputatum: Se-
quentur. Hæc si Cicero ipse in procœdio eius
ex sua persona diceret, ferri possent: à Pisone quidem
quomodo aptè & conuenienter dici queant, neque
deo, neque videre quemquam puto. Sed certè Ci-
cro, cum illa scriberet, oblitus erat, non se, sed Pisone
loqui. Quod ei tum quoque contigisse arbitror,
eodem in libro versus Homericos, quibus Simo-
Vlixem alloquuntur, Pisonem sibi tribuentem ac re-
dicantem facit. Non enim dubium est, quin eos Ci-
cero suos, ut erant, videri voluerit.

M. AN-